



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ  
aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac  
Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, &  
ecclesiasticorum doctorum scriptis ...**

**Venetiis, 1579**

Quoties i[n] die q[ui]s possit celebrare. c. 7.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40307**

**Quoties in die quis possit celebrare.**

67

li tribus mappis cooperto, cum calice cōsecrato: & patena cōpetenti, cuius cuppa debet esse aurea, argentea, vel stannea, nō autem vitrea, aut ærea, cum purificatorio, parua palla, & corporali de puro lino, omnia candida & munda, nullumque séricum ornamentum habere debent corporale, & palla, cum velo etiā linea aut sérico, quæ omnia debent esse ab episcopo, aut ab alio hanc prætem habente bene dicta. Sine Missali sacerdos nullo modo celebret, de consec. dist. 1. consilio. & cap. vestigata. Nec in mari, vel in ecclesia polluta sanguine, vel semine, donec fuerit recōciliata: nec etiā in cemeterio ecclesie violatæ cōmuncto, onnexo, & tigno: nec ipse iterdicti ecclesiastici: nisi ianuis clavis, excoicatis & interdictis exclusis. Et quod rariū fecerit, efficit irregularis & inciugibilis, nec ipse potest eligere, vel eligi sine pa-  
pe dispesatione. De sent. excō. c. Alma. lib. 6. & c. Is qui, ut supra,

**Quoties in die quis possit celebrare. Cap. 7.**

**A**ccpto die nativitatis Domini, nisi ea necessitatis sua-  
deat, non debet sacerdos nisi semel in die missas celebra-  
re celebra, missa, capi. Consulisti. Et in die prædicto nativi-  
tatis licet cuilibet sacerdoti tres missas celebrare. De consecra-  
distin. 1. cap. nocte. In alijs vero diebus potest sacerdos in casu  
necessitatis duas missas & non plures celabrate. **C** primo,  
quando celebrauit missam de sancto propter solennitez, &  
oporet aliam missaz celebrare de tempore: vel pro defunctis, si  
ne sit presens defunctus, siue sit anniversarium: aut pro deuotio-  
ne: quia canon non distinguit. De consecra. dist. 2. capitul. Suf-  
ficit dummodo non sit corrupta intentione: nec hoc fiat cōtra  
conscientinem in loco approbatam, secundum glo. **C** Secun-  
do, propter necessitatem peregrinorū, vel personæ insignis ad-  
uenientis. **C** Tertio propter necessitatem nuptiarum, ybi tem-  
pus laberetur. **C** Quarto, propter communionem infirmi in  
periculo mortis existentis, si non habet hostiam consecratam.  
**C** Quinto, quando idem sacerdos habet duas ecclesiastas, vel  
propter paupertatem ecclesiastarum, quæ duobus sacerdotibus  
alendis non sufficerent: vel propter raritatem sacerdotum: &  
oporet ipsum utriqz seruire: potest successive primo vni & post-  
modum alteri celebrando satisfacere. Item in die resurrectionis  
domini: ybi unicus est sacerdos in ecclesia, & tanta populi

3 multi-

### Preparatio missæ

multitudo, quod omnes non possunt interesse vni missæ, potest iterum celebrare. Item si sacerdos vnius ecclesiæ infirmaretur, potest sacerdos vicinæ ecclesiæ diebus festis pro eo missam celebrare; etiam ecclesiæ suæ non deficere. Et videntur isti duo ultimi casus necessitatis: ideo a pluribus conceduntur: sed quoniam de his authenticum inueniuntur maiorum iudicio est relinquendum. Quocunque autem casu sacerdos pluries in die celebrauerit, in qualibet missa debet corpus et sanguinem domini sumere: et omnes perfusiones calicis usq; in finem ultime missæ in aliquo calice, seu vase mundo et honesto ponere, et in fine ultime missæ recipere. De celebra. missa. cap. consulisti. in glos. cap. Ex parte. Item sacerdos debet omni tempore postquam sanguinem domini suscepit, calicem vino perfundere et sumere. in eo. capitu. Ex parte. C. Omni die, excepta parœscue, missa celebratur: et tunc non, quia eo die Christus seipsum immolauit. Et cum missa sit figura passionis Christi, adveniente veritate figura debet cessare. Quod autem dicitur. De eisdem. dis. 2. cap. Sabato. biduo. s. parœscue et sabbato sancto, non debent penitus sacra celebrari, sicut Archidiaconus dicitur, eo quod missa, que in sabbato sancto dicitur, est missa noctis omnis sequentis, et non sabbati: et ideo antiquitus ante horas vesperarum non solebat celebrari.

C. **De consideratione Sacerdotum celebraturo. Si digne celebrare intendit, sint habendæ. Cap. 8.**

Intentionis discussio. Me { Propter vanam gloriam }  
{ Propter auaritiam }  
{ Propter verecudiam }  
{ Propter timorem }  
{ Propter consuetudinem }

Generalis et tritio Sup. { Omissis, quod fieri oportuit } Lordi,  
{ Omissis, quod fieri non licuit } ore, et  
{ Losuetis et sepe confessis } pere.

Pura et vera confessio. s. { Notabilium }  
{ Communium } Criminum.  
{ Ignatorum } Quid